Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1196
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



una. ad colosenses una. ad thessalonicenses duas. ad hebreos
una. preter ad discipulos suos quatuor. ad timotheo duas. ad tito
una philemoni una. Ad laodicenses una quibus legitur si
ab omnibus explodit. Hic quarto decimo neronis anno eodem
die quo petrus romae pro capite truncatur. et iuxta ostiensi
sepelitur. tricesimo septimo anno post passionem domini.
Barnabas cipri qui et ioseph levites cum paulo gentium apls
ordinatus una ad edificationem eccle epla composuit. quae
inter apocrifas scripturas legitur. Lucas medicus
antiocensis sectator apli pauli scripsit euuglm. et actus
apostolorum rome. Hic octogesimo. et quarto anno in bithi
nia moritur. et postmodum constantinopolim transfertur.
Marcus discipls et interpres petri romanis scripsit euuglm.
Hic passus est octauo neronis anno. et alexandrie sepultus.
Iohannes apls filius zebedei et frater iacobi scripsit asie
episcopis euuglm et apocalipsi. et tres canonicas eplas.
Hic sexagesimo octauo anno post passionem dni sub traiano
moritur. et apud effesum sepeliitur. Hermas cui apls
paulus ad romanos meminit. scripsit librum qui appellatur
pastoris. Philo iudeus nacione alexandrinus de ge
nere sacerdotum. scripsit librum unum de urbe mundi sub mar
co degentium. Hui extant pclara et innumerabilia opa in
v. libros moysi. de efusione linguarum liber unus de natura
et inuencione liber unus. De his que sensu pcamur. et res
tam liber unus. de erudicione liber unus. de herede diuinarum
rerum liber unus. de diuisione equalium et contrariorum liber
unus. de temporum mutatione liber unus. Quare quorumdam inscrip
turis mutata sunt nomina liber unus. de pactis libri.ii.